№ 10. Dodatek do Tygodnika katolickiego. do № 30.

ARCHIDIECEZYA
GNIEŹNIEŃSKA I POZNAŃSKA.

Dla ułatwienia i skrócenia postępowania okolnikiem z dnia 22. Października 1852. r. Nr. 39/9. w przedmiocie rewizyi kass kościelnych patronatu rządowego przepisanego, zaszła za porozumieniem się Najprzewielebniejszego Arcypasterza z Królewską Regencyą w Poznaniu, następująca zmiana:

Dozory kościelne winny przesyłać rachunki kass kościelnych patronatu rządowego, których dochody 500 talarów rocznie nie przenoszą, nie XX. Dziekanom, jak się to dotąd dziać miało, lecz bezpośrednio właściwemu Radzcy ziemiańskiemu, który w zastępstwie Królewskiéj Regencyi rewizyą rachunków uskuteczni, następnie takowe z uwagami patronalnemi za pośrednictwem właściwego X. Dziekana Konsystorzowi prześle do odebrania resp. stanowczego w téj mierze postanowienia.

Przy rewizyi rachunków kass kościelnych patronatu rządowego, których dochody 500 talarów rocznie przenoszą, zachowuje się dotychczasowe postępowanie.

JX. Dziekana powoduje Konsystorz uprzejmie, aby o postanowieniu tém uwiadomił właściwych Rządzców kościołów, i zalecił im, aby się ściśle do niego zastósowali, jako zaś temu zadosyć się stało, w przeciągu 4 tygodni uczynił Konsystorzowi doniesienie.

Poznań, dnia 6. Czerwca 1861.

Konsystorz Jeneralny Arcybiskupi.
X. Polczyński.

Okólnik. Nr. 739/5. Łabędzki.

DIECEZYA CHEŁMIŃSKA.

JOANNES NEPOMUCENUS
miseratione divina et S. Sedis Apostolicae gratia
Episcopus Culmensis,
SS. Theologiae Doctor etc. etc.

Decretum unionis et affiliationis pro Ecclesia parochiali Graboviensi.

Universis et singulis has praesentes literas visuris seu legi audituris Salutem in Domino!

Ex pastoralis officii Nostri debito divini cultus frequentationem ac spiritualia dioecesanorum Nostrorum commoda atque utilitates promoventes nec non dispendiis quibusvis animarum, quantum in Nobis est, occurrentes, eo potissimum sollicitudinem Nostram intendimus, ut populo fideli tam conveniens directio quam necessaria sacramentorum administratio et juventutis in sana doctrina catholica ac bonis moribus eruditio non deficiat.

Idcirco mature considerato et graviter deplorato statu eorum fidelium, qui in Dioecesi olim Pomesaniensi per Breve Apostolicum P. P. Clementis VIII. p. m. d. d. 16. Aprilis 1601. Culmensi Dioecesi perpetuo unita et incorporata per tria saecula omni prorsus adjumento et auxilio spirituali ita erant orbati, ut sine Ecclesia propria proprioque Rectore quasi oves dispersae in solitudine miserrime circumerraverint: opportunum et plane necessarium judicavimus, ordinem et statum parochialem instituere, sicuti hoc solemni actu consideratis singulis in ejusmodi negotio considerandis, accedente consensu et beneplacito eorum qui audiendi erant, auctoritate Nostra Ordinaria juxta decretum S. Conc. Trid. 24, 13 de ref. Dei nomine loca quae sequuntur cum omnibus ad ipsa pertinentibus villis et coloniis Ecclesiae parochiali Graboviensi in perpetuum assignamus, canonice unimus et incorporamus et quidem: Balzen, Dreissighuben, Hasenberg, Johannisberg, Kernsdorf, Leip, Mikro-Lobenstein (Bartken), Louisenthal, Marienfelde, Peterswalde et Reschken. Hac ipsa auctoritate Nostra statuimus, ordinamus et mandamus, ut fideles his in locis habitantes pro congrua Parochi competentia juxta sacrorum Canonum dispositionem et Dioecesis observantiam jura stolae ibi usitata una cum decimis personalibus statuto definitis persolvant, alia vero onera parochialia praesertim onus exstruendorum et reparandorum aedificiorum ecclesiasticorum et parochialium in se demum post quinquaginta annos expletos suscipiant, quo tempore nova proventuum et onerum descriptio fiet et statuetur. Et ita auctoritate ut supra assignamus, unimus, incorporamus, statuimus et ordinamus et ab omnibus quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari volumus et praecipimus.

In quorum fidem hasce Nostras literas propria manu subscriptas sigillo Nostro majori muniendas fecimus in aedibus Nostris Episcopalibus Pelplini, die XXIma mens. Martii a. 1861.

G. V. 1613. † Joannes. (L. S.)

Decretum affiliationis pro Parochia Bialuttensi.

Omnibus et singulis has praesentes litteras lecturis aut legi audituris Salutem in Domino!

Officii Nostri pastoralis postulat sollicitudo, ut pro indigentia communitatum fidelis populus certis parochiis incorporetur, ut non solum cultus divinus promoveatur et augeatur, sed et cura animarum majori promptitudine et diligentiori observantia exerceri ac tali modo tranquillitati et saluti animarum prospici possit.

Quum itaque ex parte plurium communitatum Dioecesis olim Pomesaniensis, quae per Breve Apostolicum P. P. Clementis VIII. p. m. d. d. 16. Aprilis 1601. Dioecesi Culmensi perpetuo unita et incorporata est, Nobis expositum sit, quod omni prorsus adjumento et auxilio spirituali nec non propria Ecclesia proprioque Rectore ita sint orbati, ut cultus divinus fere totus negligatur, sacramenta raro aut plane non suscipiantur et monita salutis non audiantur: Nos auditis iis qui de jure audiendi erant, Auctoritate Nostra Ordinaria juxta decretum S. Conc. Trid. Sess. 24, 13 de ref. Dei nomine loca quae sequuntur cum omnibus ad ipsa pertinentibus villis et coloniis, nempe: Bartkengut, Brodau, Chorab, Gorrau, Illowo, Johannsburg, Kadyki, Kraszewo, Ludwigshof, Powiersen, Saskwierken, Skudayen, Sochen et Zworaden, Ecclesiae parochiali viciniori quae est in pago Bialutten sub titulo S. Jacobi in perpetuum assignamus, canonice unimus et incorporamus, ita quidem ut Rectori dictae Ecclesiae juxta sacros canones salus animarum locorum nominatorum incumbat et curae sit. Pro tali strenua et conscientiosa cura ipsi committimus et assignamus pro congrua sustentatione praeter jura stolae ibi usu introducta reditus illos, quibus reliqui istius parochiae fideles jam sunt onerati et qui Regiminis Regiomontani regulativo d. d. 20ma m. Febr. 1811. sunt stabiliti. In quorum fidem hoc praesens publicum instrumentum erigi curavimus, propria manu subsignavimus et sigillo Nostro majori jussimus communiri.

Datum Pelplini in aedibus Nostris Episcopalibus die XXIma m. Febr. a. 1860.

G. V. 1457. † Joannes. (L. S.)

Decretum affiliationis pro Ecclesiae Prątnicensi.

Omnibus et singulis has praesentes litteras lecturis aut legi audituris Salutem in Domino!

Officii Nostri pastoralis postulat sollicitudo, ut pro indigentia communitatum fidelis populis certis parochiis incorporetur, ut non solum cultus divinus promoveatur et augeatur, sed et cura animarum majori promptitudine et diligentiori observantia exerceri ac tali modo tranquillitati et saluti animarum prospici possit.

Quum itaque ex parte plurium communitatum Dioecesis olim Pomesaniensis quae per Breve Apostolicum P. P. Clementis VIII. p. m. d. d. 16. Aprilis 1601. Dioecesi Culmensi perpetuo unita et incorporata est, Nobis expositum sit, quod omni prorsus adjumento et auxilio spirituali nec non propria Ecclesia proprioque Rectore ita sint orbatae, ut cultus divinus fere totus negligatur, sacramenta raro vel plane non suscipiantur et monita salutis non audiantur: Nos auditis iis qui de jure audiendi erant, Auctoritate Nostra Ordinaria et a S. Sede Apostolica delegata juxta decretum S. Conc. Trid. Sess. 24, 13 de ref. Dei nomine loca quae sequuntur cum omnibus ad ipsa pertinentibus villis et coloniis, nemper: Mikro-Nappern, Wygodda, Mega- et Mikro-Czerlin, Pienken, Georgenthal, Ketzwalde, Kennsdorf, Marwalde, Gentlowo, Jannowo et Plonchau, ecclesiae parochiali viciniori quae est in loco Prątnica sub titulo S. Catharinae in perpetuum assignamus, canonice unimus, et incorporamus, ita quidem ut Rectori dictae Ecclesiae juxta s. canones salus animarum locorum nominatorum incumbat et curae sit.

Pro tali strenua et conscientiosa cura committimus ipsi et assignamus pro congrua sustentatione praeter jura stolae ibi usu introducta reditus illos, quibus dictae communitates sese publicis protocollis d. d. 7ma m. Januarii 1860. obligaverunt. In quorum fidem hoc praesens publicum instrumentum erigi curamus, propria manu subsignavimus et sigillo Nostro Episcopali majori jussimus communiri.

Datum Pelplini in aedibus Nostris Episcopalibus die XXIma m. Februarii a. 1860.

G. V. 669. † Joannes. (L. S.)

Mandatum de Indulgentiarum authentia sedulo inquirenda.

S. Synodus Tried. quum Episcopis inter cetera onus imposuerit, indulgentias et ceteras spirituales gratias a S. Sede apostolica concessas examinandi, ne fidelium pietas aut falsis aut suspectis decipiatur indulgentiis, volumus et districte singulis Parochis et Rectoribus Ecclesiarum pro officii Nostri debito in virtute s. obedientiae mandamus, ut indulgentiarum tabulas et monumenta authentica in archivis suis caute observent, eas saepius inspiciant ne indulgentiae ad tempus tantummodo concessae iterum sine re-

novatione proponantur. Dubias et incertas ad Nos examinandas remittant, eas quae jam exspiraverunt, si opus est, renovandas curent, novae vero a nemine promulgentur aut promulgari permittantur, nisi prius in Curia Nostra Episcopali visae fuerint et specialibus literis approbatae. Qua in re ut quam conscientiosissime agi possit, illud quoque monemus, decreto S. Congr. Indulg. sub die 23. August 1711. emanato, statutum esse, tempus concessae indulgentiae dimetiendum esse a die dati, non vero publicati brevis; item sub 10. Febr. 1818. ordinatum esse, indulgentias ecclesiis respectu monasteriorum nunc exstinctorum concessas, una cum monasteriis interiisse.

Reverendos vero Decanos et Delegatos Nostros in Domino monemus, ut quoties Parochias visitant, etiam ad praefatas res gravissimas animadvertant et vigili oculo perscrutentur, an exstent apud singulas Ecclesias aut originalia aut saltem copiae authenticae Indulgentiarum concessarum et ne desinant, ad Curiam Nostram de his rebus referre.

Pelplini, die 8va Junii 1861.

Episcopus Culmensis.

B. B. 346. **† Joannes.**

DIECEZYA PRZEMYSKA.

Venerab. Clero Dioecesano, Salutem in Domino!

Nro. 403.

Przestroga dla chcących nabyć Biblii św. w języku czeskim.

Jego Eminencya Kardynał i książe Arcybiskup z Pragi, okólnikiem do Kleru Diecezyi swojéj danym, uwiadomił konsystorz tutejszy o nowym wydaniu pisma św. Starego i Nowego Zakonu w czeskim języku, które po otrzymanéj od Jego Eminencyi approbacie przedsięwziął tameczny właściciel drukarni i nakładca Karól Bellman pod redakcyą proboszcza u św. Jerzego tamże Dra. Innocentego Frenzla. Polecając je Klerowi dodaje, że dobroć tego dzieła zaleca się starannie poprawionym textem, objaśnieniami z Ojców św. wziętemi i obrazkami z Alliolego wydania Biblii św. — Lecz oraz zakazuje Jego Eminencya nabywać i używać równocześnie tamże wychodzącą Biblją czeska nakładem Kobera i Markgrafa, a pod redakcyą p. Franciszka Bezdeka, skryptora przy c. k. wszechnicy Pragskiéj, ponieważ wydawcy wbrew kościelnym przepisom nie poddali textu pod rewizyą i zatwierdzenie duchownéj Zwierzchności. O czém wiadomo się czyni dla przestrogi tych z Wielebnego Duchowieństwa, którzyby pismo św. w czeskim języku nabyć chcieli.

Przemyśl dnia 16. Lutego 1861.

Nro. 388.

Petitis pro dispensatione ab impedimentis consanguinitatis vel affinitatis exorantium extractus metricales adponendi sunt.

Accidit, ut quidam de Clero Curato dispensationem super 3. aequali consanguinitatis gradu pro parochianis suis expetendo, arborem pariter consanguinitatis super eodem 3. gradu delineaverint; quo factum est, ut dispensatione impertita etiam matrimonium benedictum extitisset.

Prodit autem nunc inter personas has non 3um aequalem sed 3um tangentem 2um consanguinitatis gradum intercedere, ac proin matrimonium ab iisdem contractum invalidum esse.

Quantas difficultates vituperanda ejusmodi animi levitas pariat, quis Vestrum Fratres Dilecti! non videt, si perpendat, homines hos, qui a duobus et ultro jam annis secum matrimonialiter vivunt, vel ab invicem separari, vel sanationem matrimonii eorum a S. Sede Apostolica impetrari debere.

Ad errores igitur similes in futurum praecavendos ordinamus Universo Venerabili Clero Curato, ut, si Eidem petita Oratorum sive ab affinitate, sive a consanguinitate dispensari supplicantium ad Officium Nostrum concomittari contigerit, non tantum arborem super obveniente gradu delineent, verum etiam omnes extractus metricales gradum delineatum contestantes adponant; secus etenim intercessionis eorum nullus respectus habebitur.

Extractus hi, cum in causa mere spirituali fiunt, prout et ipsa petita partium sine tymbro exarari possunt, nunquam attamen partibus ad manus tradendi sed ab Officio parochiali ad Nos directe expediendi sunt, qui praeterea in capite inscriptionem: „Extractus baptizmi seu sepulturae in usum mere spiritualem Rndmi Consistorii exaratus“ habeant necesse est.

Premisliae die 20. Februarii 1861.

Nro. 323.

Observanda in casu, quum de baptizmo rite collato non adsit sufficiens ac fundata pesvasio.

Probe scitis, Venerabiles Fratres! non posse iterari Baptizma, quia ut loquitur S. Thomas Doctor Angelicus est quaedam spiritualis generatio, et sicut uterus, dicente S. Augustino tract. 11. in Joannem, repeli non potest, sic etiam una est spiritualis generatio. Non iteratur, quia „dicente eodem divo Thoma in morte Christi baptizamur, per quam morimur pecato et resurgimus in novitatem vitae, quae mors sicut et Christi una esse debet; quia baptizimus imprimit characterem indelebilem; denique quia principaliter datur contra originale peccatum, et ideo sicut originale peccatum non iteratur, ita nec Baptizmus Hinc Ecclesia conciliorum oracula damnavit rebaptizationes, etiamsi baptizma fuisset collatum ab haereticis. Est enim ecclesiae doctrina: „neque ministri personam neque haeresim posse baptizmum efficere nullum, si cum requisita materia, debita forma et intentione saltem faciendi id quod facit Ecclesia, collatum fuerit.“ Attamen dubitandum non est, quin debeat conferi sub conditione, quum dignosci non potest, an fuerit administratum, valideque suspicatur, non fuisse rite collatum.

De quibus, inquit Alexander III., dubium est an baptizati fuerint baptizentur his verbis praemissis: „Si baptizatus es, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo.“ Non leve tamen vel metaphysicum sufficit dubium, sed grave vel saltem rationabile sit oportet. Ideo Catechismus Romanus reprehendit eos, qui sine delectu baptizmum conditionalem usurpant, qui, si infans ad eos deferatur, nihil prorsus quaerendum putant an is prius ablutus fuerit, sed statim ei baptizmum tribuunt, quin etiam, quamvis exploratum habeant, domi Sacramentum administratum esse, tamen sacram oblutionem in Ecclesia, adhibita solemni caeremonia, cum additione repetere non dubitant; quo sacrilegium committunt et eam maculam suscipiunt, quam divinarum rerum scriptores irregularitatem vocant.

Non licet igitur conferre baptizmum sub conditione: 1. infantibus, qui ob discrimen vitae in quo versabantur, ab obstetricibus baptizati sunt, quamquam, quum ad Ecclesiam deferantur, pastores accurate rationem modumque, quo baptizmus collatus fuerit, investigare debeant. Eo minus proles sub conditione est baptizanda, quando obtestrix est integrae famae, circumspecta, saepius experta et probata semper egisse recte, sique asseveret eam esse tegitime a se baptizatam, quia tum non potest esse prudens dubium. Baptizare autem sub conditione extra prudens dubium, quamvis adsit scrupulus levis, debet ordinarie censeri mortale. Lacroix Q. 58. §. 3.

II. Non est conferendus baptizmus sub conditione prolibus expositis, qui testimonium accepti baptizmi in schedula descriptum, colloque suspensum gerant dommodo schedula certitudinem praebeat, e. gr. si a parocho noto scripta sit vel subscipta. Bened. XIV. Synod. dioec. Inst. VIII. 8. S. C. C.

III. Non iteratur baptizmus sub conditione super infante, qui nondum egressus ex utero matris, ob imminens mortis periculum in capite baptizatus extitit, etiamsi postea vivus evasit. Rit. Sacr. de Bapt. Parvul.

IV. Si baptizans fuerit perturbatus, id eoque dubitet, an aliquit essentiale omiserit, si unus adstantium, reliquiis non contradicentibus testetur hoc esse appositum, de cujus omissione dubitatur, nil debet repeti. Lacr. Q. 56. §. 3.

V. De illo, qui natus est de Christianis parentibus et inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter praesumitur, quod fuerit baptizatus, ut haec praesumtio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsan argumentis contrarium probetur. Innoc. III. C. veniens 4. de presb. n. bapt. Lacr. L. VI. Q. 56. §. 1.

VI. Non est rebaptizandus, de cujus baptizmo habetur testimonium unius ocularis fide digni testis licet foeminae, dummodo non sit suspecta, nec aliud obstet. Laiman apud Lacroix.

VII. Baptizatus ab haeretico non debet iterum sub conditione suscipere baptizmum, cum in sinum Romanae Ecclesiae restituitur, si circa Baptizmum ejus nihil fuerit omissum eorum, quae ab Ecclesia Romana praescribuntur circa materiam, formam atque intentionem, excipiatur attamen casus, si constet, violatam fuisse vel materiam vel formam, tunc enim dubitandum est de valore Baptizmi a ministris haereticis collati. Talia autem evenire possunt, quia inter hos nonnulli putant hoc sacramentum non esse absolute necesarium, et ideo parum curant de eo rite conficiendo. Bened. XIV. de Synod. dioec. 1. 7. c. 6.

Confertur vero baptizmus sub conditione his, de quibus, re diligenter discussa, dubium relinquitur prudens, an Baptizmum rite susceperint. Hinc.

I. Baptizati ab obstetricibus infantes possunt rebaptizari sua conditione in casibus particularibus, ubi prudens dubium oritur circa validitatem baptizmi prima vice collati S. C. C. 19. Decembris 1682. Bened. XIV. in Synodo dioec. Inst. 84. art. 5.

Praesertim vero, si obstetrix fassa vel convicta fuerit, aliquando non recte baptizasse, neque adsit testis fide dignus, vel duo testes, sui verba prolata audierint, atque materiae applicationem viderint.

II. Infantes expositi et reperti sine schedula testante de Baptizmo, imo licet appensum scriptum habeat, quo baptizati significentur, si tamen re diligenter praerequisita, adhuc dubium maneat, eos baptizatos esse, baptizentur supra expressa coditionis forma. Bened. XIV. Concl. Mediol.

III. Infans si non in capite, sed alio membro ex utero matris emissus ob mortis periculum baptizatus erat, natus deinde vivus, sub conditione baptizandus erit. Ritual. Sacr.

IV. Iterandum esse baptizma, quoties per jocum vel irrisionem administratum esset. Deficit enim intentio saltem faciendi, quod facit Ecclesia.

Casu, quo parochus pro certo advertat, plurimos fuisse ab obstetrice vel alio invalide baptizatos, procedat juxta regulam Voit a Petro Scavini Tract. IX. Disp. II. Cap. III. Q. b. citatam, quam libenter amplectimur: „Si invalide baptizati adhuc sint in tenera aetate, eos privatim ad se vocet, et tanquam iis volens benedicere, frontem aqua baptizmali ad hoc parata, vel in ejus defectu aqua lustrali aspergat largiter et insuper pollice bene madefacto signo crucis muniens clam pronuntiet formam baptizmalem. Quoties est iterandum baptizma adultorum, S. Concil. Congr. 21. Decembris 1733. vult, secreto id faciendum esse ad evitanda scandala. Tales occulte admoneantur et baptizentur, dicit Layman. Praevisa tamen vel exorta aliqua difficultate concilium Nostrum Parochus expetat.

Ad praecavendas vero tales irreverentias, ad exitanda scandala, ad consulendum animabus curae Nostrae creditis revocamus Vobis Venerabiles Fratres in memoriam legem in Synodo dioecesis hujus Brzozoviae celebrata 1723. latam, quae Capite IV. postia sic sonat: Docendae sunt ab omnibus curam animarum habentibus obstetrices circa partum adhiberi solitae, qualemnam instante periculo mortis formam adhibere debeant ad baptizmum infantium, praecipiendo illis, ne supra expressam formam immutent. Quocirca dum infans in extremis baptizatus pro supplenda caeremonia adfertur ad ecclesiam, a cunctis parochis eorumque Vicariis interroganda sunt, prius obstetrices, qualemnam adhibuerint formam Verborum, et quomodo infuderint aquam, et in casu comperti erroris graviter exhortentur, baptizmusque rite conferatur.

Praeterea inhaerendo Rituali Romano, tum Synodorum post s. Carolum celebratarum nec non Benedicti XIV. salutaribus praescriptis obligamus parochos coram Deo et Ecclesia, quatenus curent, ut fideles praesertim obstetrices rectum baptizandi ritum probe teneant et servent, ut eas bene instruant, examinent, moneantque semper, ut in casu necessitatis duas saltem praeter infantis matrem personas, si fieri possit, baptizmo ad esse curent, quae modum, quo res tota agitur, annimadvertant, nimirum, quae verba fuerint pronuntiata, quae aqua adhibita, ut sic fidem facere possint.

Ultimo Catechismi Romani ad Parochos insistendo praeceptis districte volumus, ut pastores omnibus suis parochianis, in concionibus, in catechetica instructione, in schola, nec non si populus majori numero convenit et interdum alicui Baptizmus administrandus sit, circa actum administrationis divina baptizmi mysteria explanent, doceant, dilucide exponant, quaenam sit ejus natura et substantia; evenire enim potest, ut occurrente inopinato casu illud ministrare debeant.

Premisliae die 29. Februarii 1861.

Nro. 57.

Immutatio relationum periodicarum de mutatione religionis.

Caes. Reg. Locumtenentiale Regimen ddto 4. Debembri 1860. Nr. 3008 horsum notificavit, relationes periodicas de mutatione religionis non esse amplius a Clero Curato exhibendas.

Abhinc igitur cessabunt etiam relationes summaricae de Judaeis, per singulas ecclesias Dioeceseos Nostrae baptizatis, exhibendae, quae tenore Cursoriae ddto 17. Septembris 1859. Nr. 1683 in sequelam requisitionis C. R. Officii Rationum Cracoviensis ddto 9. Augusti 1859. Nr. 11820 desiderabantur.

Attamen referendum Nobis erit de casu ad casum de singulis individuis judaicis, ad fidem, catholicam conversis et baptizatis.

Premisliae die 23. Aprilis 1861.

Nro. 556.

In commisionibus indemnisatoreis commissarius ab Ordinariatu deputandus interveniat necesse est.

Alto Decreto c. r. Ministerii status ddto. 6. Februarii a. c. N. 2261/185 injunctum extitit c. r. commissionibus ad perducendam solutionem ac indemnisationem servitutum constitutis, ut circa hanc pertractationem jura ecclesiarum aut beneficiorum ecclesiasticorum concernentem, in omnibus casibus, in quibus Patronus ecclesiae vel beneficii, cujus interventus lege requiritur, ipse qua pars interessata comparet, Commissarium ab Ordinariatu deputandum expostulent, qui loco interessati patroni fungatur.

Praedictum Altum decretum Ministeriale Rescripto Excelsi c. r. Gubernii Locumtenentialis ddto 26. Februarii a. c. N. 10808 Nobis communicatum extitit, cujus tenor est sequens:

Podług §. 32. e.) wysokiego rozporządzenia ministeryalnego z dnia 31. Października 1857. (R. G. B. Nr. 218 etc. 1857.) przy mających się przeprowadzić wedle patentu z dnia 5. Lipca 1853. układach co do zniesienia lub uregulowania służebnictw dla kościołów lub prebend, wkroczyć powinni patronowie lub przełożeni. Ponieważ jednak często zachodzą przypadki, że patronowie kościołów lub prebend przy tyczących się tychże odnośnych układach zarazem w własnéj osobie jako uprawnieni albo zobowiązani udział mają, a tém samém własny interes znajdują, przeto wysokie ministerium stanu, zważywszy, że podług §. 41. odnośnego patentu oświadczenia ugody i ustępstw stron co do ciężarów gruntowych zatwierdzenia urzędu administracyjnego nie potrzebują, a ztąd na to baczyć należy, aby zastępstwo rzeczonych instytucyi stósownie do prawa, a mianowicie §. 32. wspomnianego zwyż rozporządzenia ministeryalnego było zupełném, wysokim ukazem z dnia 6. Lutego r. b. L. 2261/185 postanowiło, że przy wszystkich układach względem zniesienia ciężarów gruntowych z kościołami i prebendami, przy których powołany do ich zastępowania patron w własnym interesie lub w ogóle w stronniczém znajduje się położeniu, albo gdzie patron całkiem odstępny, na przyszłość ze strony c. k. kommissyi miejscowéj odnośnie c. k. urzędu powiatowego w każdym pojedynczym przypadku do właściwego konsystorza udać się należy z prożbą, by tenże końcem zastępstwa kościoła albo prebendy na miejsce patrona, odnośnie końcem wygotowania zgłoszeń interweniowania przy układach na jego miejsce komisarza duchownego ustanowił, któregoby było obowiązkiem, interes kościoła albo prebendy załatwiać.

Gdy przeto niniejszém odnośnym urzędom polecamy do tego się zastósować, mamy zaszczyt uwiadomić o tém Wysoki Ordynaryat z prożbą o baczność na to, by mianowanie rzeczonych komisarzy duchownych zawsze jaknajprędzéj następowało, ile że w razie przeciwnym bieg spraw by się opóźniał albo utrudniał.

Premisliae, die 23. Aprilis 1861.

Nr. 647.

Norma in extradensis extractibus et consignationibus metricalibus juvenibus militiae adscriptis statuitur.

Evenerunt casus, Excelsoque c. r. Locumtenentiali Gubernio sunt denuntiati, quod quidam ecclesiarum parochialium rectores, juvenibus ad militiam provocatis, seseque ab illa eliberare juxta praescripta legis volentibus, in extradendo Consignationes membrorum respectivae familiae, aut testimonia nativitatis ex libris metricalibus, varias facesserent difficultates tam ratione tymbri quam taxae pro scriptura. Igitur c. r. Leopoliensis Locumtenentia Rescripto d. d. 22. Martii 1861. Nr. 19462 sequentem normam pro directione praescripsit his verbis:

Co się tyczy wniesionego przez c. k. namiestnictwo ustanowienia należytości za wygotowanie matrykuł ku uzasadnieniu próźb o uwolnienie od wojskowości wysokie c. k. ministeryum państwa dekretem z dnia 15. Marca 1861. l. 2178/588 oświadczyło, że wolne od wynagrodzenia wydanie jakichkolwiek bądź świadectw z metryk urodzenia, chrztu, ślubu i śmierci, których strony ubogie potrzebują, albo zwierzchność publiczna urzędowo zażąda, przez odnośne przepisy jest ustanowiona, zkąd się samo przez się rozumie, że prowadzący metryki wszystkich wyznań są obowiązani, takie świadectwa ku wykonaniu wojska i do tego prawa się odnoszącéj prowizorycznéj nauki, osobom ubogim i na urzędowe żądanie tém bardziéj bez wynagrodzenia wystawić, że i administracya państwa świadectwo gmin, duchownych i t. d. za warunkowo wolne od stępla uznała, które powołani do wojska na zasadzie rzeczonéj nauki prowizorycznéj celem udowodnienia warunków prawnego uwolnienia od ogólnego obowiązku służby wojskowéj przynieść powinni. Również w myśl istniejących przepisów od żadnéj strony wynagrodzenia żądać nie wolno, jeśli duchowny a odnośnie prowadzący metryki stósownie do §. 13. i 16. w mowie będącéj nauki prowizorycznéj przyniesione świadectwo widocznéj niezdatności osoby do służby wojskowéj albo téż faktem ma stwierdzić, że w przypadkach §. 13. sub 4. prawa o uzupełnieniu wojska żona lub dziecko do kantonu powołanego jest jeszcze przy życiu.

Przeciwnie nic nie przeszkadza, by prowadzący metryki za wystawienie potrzebnych do wykonania rzeczonych przepisów prawnych stronom nie ubogim świadectw urodzenia, chrztu, ślubu i śmierci prawnie dozwolonego wynagrodzenia żądali, przyczém się także przyznaje, że za wygotowanie oznaczonych w dodatku 5. nauki prowizorycznéj do prawa o uzupełnieniu wojska świadectw stron nie ubogich danina, która przeciéż ilości 1 zł. w. a. w żadnym razie przechodzić nie ma, prowadzącym metryki spłacić należy. Zresztą leży to w dobrze pojętym interesie ostatnich, by oznaczone słuszne wynagrodzenia, od stron zażądane i zapłacone, na wygotowanych świadectwach i sprawozdaniach dokładnie podali.

Quae quidem directivae, ut accurate observentur, Venerabili Clero Curato commendamus.

Premisliae die 29. Aprilis 1861.

Nr. 839.

Wezwanie do przyczyniania się ku wytępieniu szerzyć się mogącéj szarańczy.

Jako Pasterz do czuwania i zapobiegania szkodom, które zkądkolwiek grożą owieczkom od Boga nam powierzonym, obowiązani, wzywamy Was Wielebni Bracia do czynnego udziału w

pasterskiéj troskliwości naszéj w niniejszéj sprawie. Wiadomo Wam, że wielka część téj krainy nawiedzoną była zeszłego lata straszną plagą szarańczy; a chociaż w diecezyi Naszéj niedopuścił Bóg miłosierny znacznego plonów zniszczenia, jednak słusznie obawiać się trzeba, że płód zostawiony w ziemi rozmnożony wynidzie, i znojem rólnika uprawione i niebieskiém błogosławieństwem bujne niwy nasze lub zniszczyć lub téż znacznie uszkodzić może.

Pełni smutku pod groźbą téj kary Boga sprawiedliwego, który chłosta ciało, aby duszę uleczył, podnosimy ręce ku Niemu, od którego idzie błogosławieństwo i przekleństwo, aby się zmiłować a gniew swój od Nas oddalić raczył: a tém goręcéj to czynimy, bo jak wiadomo, częstokroć głód i nędza wtrącają ludzi w srOższą przepaść, niż wszystkie klęski doczesne.

Wspierajcież Pasterza Waszego najmilsi Bracia! a w pokorze, w gorącéj modlitwie wołajcie do Pana zastępów: „Przebacz Panie przebacz ludowi twemu!“ Wzywajcie i lud pieczy waszéj oddany, aby szczerym żalem za grzechy, skuteczną poprawą życia i gorącą modlitwą błagał u tronu łaski i miłosierdzia o odwrócenie téj plagi. Mówcie mu, iż ten Bóg, który sam o sobie powiada u Izajasza: „Ja Pan tworzący światłość i tworzący ciemności, czyniący pokój i stwarzący złość“ (karę, dolegliwość), który u Amosa woła: „Azaż będzie złe (nieszczęście) w mieście, któregoby Pan nieuczynił?“ że ten Bóg, który morzu granice położył, a wody zamknął w obłokach, bez którego wiedzy włos z głowy naszéj nie spada, jako dobry i słodki po kęsu karze tych, którzy występują i w czém grzeszą upomina i mówi do nich, aby opuściwszy złość nawrócili się do Niego ze wszystkiego serca. Lecz nie mamy na tém poprzestać. Nikt z nas nie siedział w radzie Boga, i niewiadomy nam kres i wymiar téj kary Jego, dla tego godzi się i jest obowiązkiem naszym, używać także środków zaradczych na usunięcie wszelkich kar i dolegliwości od Boga na nas zesłanych. Gdy się tedy okaże potrzeba, nauczywszy lud z ambony o karach i dopuszczeniach Bożych i zgadzania się z niemi według zasad katolickich, zalecajcie mu, aby na wezwanie c. k. władz ochotnie przyczyniał się do tępienia szarańczy w sposób przez organa rządowe wskazany, pamiętając przytém na słowa Psalmisty: „Jeśli Pan nieustrzeże domu, napróżno czuwali, którzy go strzegli.“

Przemyśl dnia 13. Maja 1861.

Nr. 989.

A casibus Sedi Ordinariae reservatis absolvendi facultas delegatur confessariis, in confessionibus sponsorum antenuptialibus.

Non raro contingit, ut in Confessionibus antenuptialibus sponsi confiteantur quaedam peccata, Sedi Nostrae Ordinariae reservata, quae sine famae dispendio aut etiam Sacrilegii periculo, absque absolutione dimitti aut ad alium, facultate a reservatis absolvendi instructum Confessarium, remitti nequeunt.

Consulendo proinde conscientiae tam Confessariorum quam etiam taliter Confitentium, tenore praesentium omnibus per Dioecesim approbatis aut postmodum approbandis Confessariis tam secularibus quam regularibus, tribuimus in Domino facultatem, ut in Confessionibus antenuptialibus dumtaxat, quae fiunt aut ipso nuptiarium die, aut uno alterove die prius, et ubi jam ad nuptias parata sunt omnia, sponsos, si de cetero vere sint contriti, et emendationem sincero corde polliceantur, a quibusvis peccatis et censuris, Sedi Nostrae Ordinariae reservatis, absolvere possint ac valeant imposita gravi ac salutari poenitentia, adjectaque monitione, absolutionis gratiam tantum in vim delegationis a Nobis obtentae, iisdem impertiri.

Premisliae die 28. Maji 1861.

Adamus, Eppus.

E Consistorio Eppali rit. lat.

Premisliae die 31. Maji 1861.

ADALBERTUS HARMATA, Cancellarius.

DIECEZYA TARNOWSKA.

Nr. 1447.

Stowarzyszenie św. Bonifacego doprasza się nowego wsparcia i t. d.

Stowarzyszenie wzmiankowane Wiedeńskie Odezwą Swoją z dnia 25. Maja r. b. przysełа nam pewną liczbę i Sprawozdeń z rachunkami z ubiegłego roku jako i obrazków do obdzielenia Dekanatów, z prośbą o dalsze wspomożenie. Takowe ⁒. z kurendą XIII. wyprawiamy z tém wezwaniem, aby i sprawozdanie zeszytowe zawierające rachunek za rok 1860. do przeczytania a Obrazek do oglądania Wielebn. Kondekanalnym udzielali. Sprawozdanie z czynności Stowarzyszenia Wiedeńskiego i rachunek wykazują, że składki i dochody inne wynosiły w roku 1860. 2054 ZłR. i 91 kr., pomiędzy któremi z Tarnowskiéj dieczyi 50 ZłR. znajduje się; wydatki zaś 1688 ZłR. i 32 c. na utrzymywanie 2 stacyi parafial. *Eilenburg* i *Delitzsch* w Saksonii pruskiéj; i że w kasie zostało gotówką 366 ZłR. 59 c. a w papierach oblig. 4400 ZłR. Prócz tego ubiory kościelne i sprzęty ofiarowane zostały na rzecz tych Missyi w Saksonii pomiędzy innowiercami.

Te szlachetne czyny, modły wspieranych katolików i t. p. niech wyjednają Wspomożycielom łaski duchowne i cielesne z Niebios i niech będą bodźcem do nowych zasileń z diecezyi Naszéj.

Z pos. 7 Czerwca 1861.

Nr. 1540.

Gratiarum actio et appromissio a Generali Commissariatu Terrae sanctae etc. intuitu perceptae quotae 218 fl. 32 xr.

Ex aestimatis infra Litteris percipiet Ven. Clerus sensa Ven. Commissariatus memorati pro donis e Dioecesi Nostra concipietque propositum pium ad ulteriores gressus in favorem hujus Societatis seu Missionum in Terra sancta. Tenor est talis:

Niżéj podpisany komisaryat jeneralny ziemi świętéj stwierdzając niniejszém z podzięką odebranie nadesłanéj pod dniem 28. Maja 1861. L. 1424. ilości dwieście ośmnastu złotych 32 kr. w. a. a mianowicie 12 fl. 70 kr. z Nowego-Sącza na utrzymanie lampy przy grobie świętym, które do tamtejszéj diecezyi biskupiéj w ciągu roku 1861/62. dla misyi katolickich przy grobie św. w Jerozolimie nadeszły, — będzie sobie poczytywał za obowiązek, chrześcijańskie jałmużny wiernych stósownie do ustaw zakładu ku dopięciu najszlachetniejszych celów naszéj świętéj religii na Wschodzie wiernie rozporządzać, i łącznie z OO. Misyonarzami w ziemi świętéj nieustannie się modlić za wszystkich, którzy swéj miłości ku boskiemu Zbawicielowi przez swe coroczne pobożne ofiary tak świetne dają dowody.

Wiedeń 4. Czerwca 1861.

Józef Holzinger, kanonik katedralny i syndyk komisaryatu jeneralnego ziemi świętéj. *P. Józef Metzek*, komisarz jeneralny ziemi świętéj. *P. Sebastyan Froetschner*, assystent.

N. K. 1556.

Dziękczynienie od Towarzystwa Dzieciątka Jezus i wezwanie.

Rada centralna rzeczonego Towarzystwa Wied. poświadczając Odezwą z dnia 10. Kwietnia r. b. odebrane z Diecezyi 200 złr. *) na rzecz Missyi w Chinach celem wykupienia i wychowania dziatek, i dzięki składając za ten dowód litości, poleca siebie dalszéj opiece, załączając kilkaset obrazków i Metalików do obdzielenia tych, co albo przystąpili do wspomnionego Towarzystwa, albo póżniéj przystąpią, tudzież Sprawozdania (Berichte) z r. 1859. i wykazy rachunkowe do rozesłania po Dekanatach...

Z nich wyprawiamy z tą kurendą po 1. egzemplarzu tak Sprawozdania ⁒. jako i rachunku ⁒. dla każdego Dekanatu do przejrzenia i przekonania się, że Towarzystwo Wiedeńskie odłączyło się od Paryskiego, które miało dochodu 1,254,266 fran. w r. 1859 i że Wiedeńskie w tymże samym roku zebrało 11,119 złr. 7½ kr., a z Diecezyi Naszéj po raz pierwszy 51 r. 60 c. że nadwyżek liczyło 15,265 złr. 28 kr. wydało 13,41 złr. 66 c. zostało mu 13,929 złr. 67½ c. 3 duk. i obligacja pożyczki na 20 złr. na dalsze wychowanie dziatek i t. d. których w samym Hong-Kong znajduje się 400 przeszło. Siostry S. Pawła wyglądają na nowo pomocy z Europy, aby większy plon na niwie tejże zbierać można. —

Jałmużna, dzięki Najwyższemu, hojniéj co raz wpływa na ten cel pobożny z Diecezyi Naszéj. Nieustawajmy i zbierajmy. Dzieciątko Jezus sowicie nadgrodzi dziatkom i rodzicom te dary, któremi okazują miłość ku Niemu w niemowlętach chińskich.

Obrazki i Metaliki uzyskane zatrzymujemy w kancelaryi, z których wydzielać będziemy albo przy podziękowaniu za odebrane sumki; albo w skutek Odezw Dekanalnych w tych miejscach, gdzie dziateczki liczniéj przystępują do pobożnego Towarzystwa tego. Dekanat Dobczycki i Parafia Bialska już odebrała pewną takowych ilość. —

W sprawozdaniu są niemniéj wyliczone odpusty i obowiązki dziatek do Niego przyjętych; tudzież umieszczona formuła błogosławienia ich w święta Towarzystwa.

Z pos. 20. Czerwca 1861.

Józef Alojzy,
Biskup Tarnowski.

Z Konsystorza Biskupiego.

Tarnów dnia 27. Czerwca 1861.

PAWEŁ PIKULSKI, Kanclerz.

*) Po téj wysełce pod dniem 28. Lut. r. b. a porachowanéj od Towarzystwa na r. 1861 wpłynęły jeszcze kwoty różne nad 100 ZłR. wynoszące, które póżniéj do Wiednia przesłane zostaną.

Właściciel i wydawca odpowiedzialny X. Prusinowski. — Czcionkami Augustyna Schmaedickiego.